



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

Michaël Xuccan.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

obnoxij, nisi resipiscant; & pro illis animabus quas expiatorius ignis in purgatorio excruciat. Apostolicorum virorum elogio tam bonus eius vineæ operarius fuit, vt verbis id consequi perdifficile sit. Odere in illo tantum fidei, ac animarum studium timidi iuxta & rabidi idolorum cultores; quare ne porrò Christianæ religionis fines latiùs, vt cõtinuatis laboribus faciebat, extenderet, veneno propinato mortem illi accelerauere. P. Gaspar Barzæus illac iter tunc habens adfuit morienti.

*Michaël Xuccan.*

Catechesis, & concionum assiduitate, vigore, ac spiritu multos è suis Ciuibus ab idolis abduxit. Macai obfi-

*Purgatorium.*

*Fides.*

*Iapon.  
Scimmo-  
secki.  
Octobri.  
1628.*

*Fides.*

fidem exul, & inde redux, nouo ardore se quàm plurimis Euāgelio lucrificandis per labores, pericula, ærumnas ex asse dedicauit vsque ad morbum, quem quā latendo, quā concursando, infame, ac testi aliarumque rerum humano vsui opportunarum inopiā contraxit; & vitam, quam in flammis volebat, in ærumnis terminauit.

*P. Ioannes de las Missas.*

*Indus?*  
*Manila-*  
*uuz.*  
*in Insula.*  
*Manin-*  
*duque.*  
*4. Oct.*  
*1625.*

*Fides.*

Redux 4. Octobris à peracta apud Patres S. Francisci, de eius laudibus concione, à Mauris, ac alijs barbaris ethnicis odio fidei furentibus, explosi sclopi globo interfectus, & capite truncatus est. Inde furor versus in templum, imagines, & quicquid iustrumen-

ti